



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Processus iudiciarius panormitani

Johannes <Urbach>

Parisius, Millesimo quinge[n]tesimo octauo

Forma apostolorum dimissoriorum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70756)

tra cōtumaces pcedi potest ⁊ tenet mittere pcuratorem sufficientem saltez ad articulum appellationis expeditum vt in.c.sepe. ⁊ in.c.nicholao de ap. Idem ⁊ fortius vbi vtrūq; concurrat scz receptio iudicis ⁊ approbatio partis. sed vbi neutrum interuenit qz nec recipitur a iudice nec approbat a parte tūc sufficit mittere pcuratorem ad ipetrandum ⁊ dīcendum tm̄ nec pceditur in articulo appellatiōis cōtra absētē vt no. ī dicto. c. nicolao licet glo. ibi vī des tenere cōtrariū. Si autē recipitur ⁊ approbat appellatio. ⁊ cum hoc petat appellans q; veniat appellatus instructus tunc dīz mittere pcuratorem instructū sufficienter nedū ad articulu appellatiōis sed etiā ad cām pncipalē vt in.c.cordi. de ap. li. vi.

¶ Forma apostolorum dīmissoriorum

Forma apostolorum q̄ dīmissorū vocantur ē talis. Sanctissimo in christo patri ⁊ domino domino. **R.** diuina puidencia sacrosancte romane ⁊ vniuersalis ecclesie summo pōtifici. **T**alis episcopus v̄l officialis eius deuotus fidelis ac obediens deuota pedum oscula beatorū. **R**ouerit sanctitas vestra q; cum in causa que inter **A.** ex vna pte ⁊ **B.** ex altera pte de ⁊ super re vel deposito tali vel de ⁊ super domo vel fundo tali coram me in iudicio vertebatur sententiam pro p̄dicto. **A.** ⁊ contra. **B.** p̄ fatum tuli diffinitiuam vel interlocutoriam sic vel sic pronūciando super exceptione tali. ⁊c. **E**t quia ab huiusmodi sententia diffinitiuam vel interlocutoriam idem. **B.** ad sanctitatem vestram ⁊ sanctam sedem apostolicam appellauit idcirco ipsum. **B.** ap̄

pellantem a meo iudicio dimitto et ad eiusdez. v. s. examen his litteris dirigo sibi litteris huiusmodi sigillo meo sigillatas concedes in testimonium pmissorum Datum etc. Et hoc cum appellatum est ad papam si vero appellatum est ad inferiorem puta ad episcopum vel archiepiscopum scribatur sub eadem forma verbis competentibus mutatis dicendo. Reuerendo vel reuerentissimo etc. Aliqui vero non dirigunt superiori sed scribunt vniuersis. Aliqui breuiter expediendo dicunt ad appellatorem verbo vel in cedula nuda scribunt in hec verba vel similia. Quia tu a me appellasti a tali sententia mea diffinitiva vel interlocutoria ideo ab obseruatione mei iudicii his apostolis te remitto et ad eius examen ad quem appellasti dirigo. Et si voluerit sibi statuere terminum sit ille trium vel quattuor mensium spacium vel die talez statuo pro termino ad iter arripendum pro appellationis tue prosecutione facienda vel ad presentandum te conspectui sedis apostolice vel alterius superioris ad quem appellasti.

Forma apostolorum reuerentialium

Forma apostolorum reuerentialium potest esse talis. Sanctissimo vel reuerentissimo etc. ut supra. Talis actor vel talis reus in tali causa que inter ipsum ex vna et talis parte ex altera de et super tali re vel eius occasione iudicio coram me vertebatur a sententia diffinitiva vel interlocutoria etc. ad sanctitatem vel reuerentiam vestram appellauit et quia appellationis sua michi frivola videbatur tamen ob reuerentiam vestram eidez sue defero appellationi: statuendo sibi terminum etc.

m. lxx